UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXX. Markgraf Otto von Brandenburg resignirt dem Bischofe von Halberstadt die Zehnthebung in sieben dem Althaldensleben angehörigen Hufen Landes, am 5. August 1266.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

none, ſummo magiſtro domus theutonici, et fratre ludolpho, dicto de Ekſtede, et nobilibus viris domino C. de Sterinberg, cellerario Magdeburgenſis eccleſie, et domino burchardo de barbey et quibuſdam aliis noſtris fidelibus et familiaribus ſuper diuiſione bonorum noſtrorum trans oderam et terrarum, et terre budesſin, ſub hac forma condictum eſt et fideliter compromiſſum, ſcilicet quod nos Johannes*) Marchio terram trans Oderam diuidemus, et frater noſter Otto eliget quam partem ſibi magis viderit expedire. Item nos Otto Marchio terram Budesſin diuidemus, ac frater noſter, dominus Johannes, ibidem eliget quam partem ſibi magis viderit oportunam. Huic autem ordinationi et diuiſioni certus terminus eſt hinc inde prefixus, ſcilicet ſeſtum beati michaelis proxime venturum. Si autem nos vel alter noſtrum magis arduis negotiis ſiue impedimentis euidentibus contigerit prepediri, ut predicta diuiſio nequeat dicto termino terminari, extunc ante natiuitatem domini immediate ſubſequentem, omni impedimento ſublato, terminabitur preſixo termino hinc et inde. Si vero aliquis ex nobis, quod abſit, grauiter infirmaretur vel diſcederet ab hac vita, noſtri filii ad predictam formam obſeruandam ſunt data fide firmiter et fideliter obligati, ut predicta diuiſio ſuo tempore ſortiatur effectum. In predictorum ſiquidem omnium euidens teſtimonium et munimen preſens ſcriptum juſſimus fieri et ſigillorum noſtrorum munimine et ſummi magiſtri domus theuthonici communiri. Datum Tangermunde anno domini M°. CC°. LXVI°., tertio Non. Junii.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kabinets-Archives Cod. 4 in quarto Bl. 39. — Fehlerhaft bei Gercken Cod. I, 205. Vgl. Lauſitz. Magazin vom Jahre 1777. S. 313.

CXX. Markgraf Otto von Brandenburg reſignirt dem Biſchofe von Halberſtadt die Zehnthebung in ſieben dem Kloſter Althaldensleben angehörigen Hufen Landes, am 5. Auguſt 1266.

Venerabili in Chriſto Domino Halberſtadenſis Eccleſie Epiſcopo Otto, dei gratia Brandenburgenſis Marchio, cum affectu ſincero benignam ad ejus obſequia voluntatem. Reſignamus dilectioni veſtre manſos ſeptem decimales, quos habuimus a vobis ſuper bonis Dominarum Monaſterii in Altenhaldenſleue, ordinis Ciſtercienſis, dantes in hujus rei teſtimonium preſentes litteras, ſigilli noſtri munimine conſignatas. Datum apud Stendal, Anno domini M°. CC°. ſexageſimo ſexto, Nonas Auguſti.

Nach einer vom Paſtor Behrends in Nordgermersleben mitgetheilten Abſchrift aus dem Haldenslebenſchen Copialbuche und einem Excerpte von Wohlbrücks Hand aus dem Copialbuche des Halberſt. Domarchives. Die erſtgenannte Abſchrift weicht im Datum von der letztern dahin ab, daß ſie ſolches auf M°. CC°. ſexageſimo ſexto, VI. non. Aug. beſtimmt. Jedoch gab es keinen Tag dieſes Datums, der Copiiſt muß ſich alſo geirrt haben.

---

*) Durch ein zwiſchen nos und Johannes eingeſchobenes et iſt in dem Gerckenſchen Abdruck der Sinn dieſer Urkunde ganz entſtellt.